

Johann Matthias Gesner

**Henrico Kellinghvsen Viro Genroso Atqve Ervditissimo : [Scrib. a d. XXIX. Mart. cl lcc xxxlII Gottingae]**

[S.l.], [ca. 1743]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766277720>

Druck Freier  Zugang





II - 1615<sup>21</sup>.

HENRICO  
KELLINGHUSEN

VIRO

GENROSO ATQVE ERVDITISSIMO

JO. MATTHIAS GESNERVS

S. P. D.



**S**perabam equidem futurum, vt præfens tibi gratulari honorem Doctoris, ab Ictorum apud nos florentium ordine conferendum possem: aequumque videbatur, in quo velut theatro egregias aliquot palmas cum insigni laude retulisses, in eo te etiam coronari. Sed quando aliter tibi visum est, quando antiquos illos Graecorum rhetoras imitaris, qui plures vrbes ac celebritates suarum ἐπιδείξων vellent habere conscias; nostrum est, neque tibi illam peregrinandi suauitatem inuidere, neque honorem nobili Frisiorum Academiae, quae in te ornando proprium etiam decus consequitur. Interim facere non possum, quin ex satis longo interuallo non lemniscatam quidem coronam, folium tamen viride ad te mit-

tam,


II. 1615. 21.

tam, amoris in te mei, id est, tuae humanitatis, comitatis,  
& literatae elegantiae, quae res vehementer me sollicitare &  
in amorem iuuenumque virumque trahere solent, testimonium.  
Etiam illud communium literarum causa te hortandum puto,  
vt, quando locum vnum alterumque Pandectae a Viri Doctis-  
simi stricturis immunem praestare, vt audio, decreuisti, stre-  
nue illud opus urgeas, & quae tibi facultas vel contigit ab in-  
genio, vel studio parata est, ea vtaris ad depellendam a sacris  
illis praeae sapientiae et iuris prudentiae reliquiis iniuriam.  
Scis, quid in vniuersum de critico illo opere, te minime im-  
probanre, dicere soleam, vt plus sit quam hostem ferire ser-  
uare ciuem; vt nobilissima, eademque difficillima fuerit inter  
militares Romanorum coronas ciuica: sic maius mihi videri  
& laudabilius locum a criticis vexatum, & caesim punctimue  
laceratum, recte explicando seruare; quam corruptum & sen-  
tentiae vel rationi repugnantem iugulare; modo non ille,  
quem tu ciuem putas, infiticius aliquis sit, & ordinis, cui se im-  
miscuit, dehonestamentum. Te dignum igitur feceris, mi iu-  
cundissime Kellinghuseni, si pergas vindicare ab intempestiuis  
eruditissimorum etiam hominum, & iure suo laudatorum  
emendationibus, (corruptionibus debebam dicere,) ICTOS;  
si pergas ostendere, frustra illis peregrinitatis opprobrium ob-  
ijci, ingeniosorem esse quam veriore[m] doctissimi stricturarum  
auctoris sententiam, de Pandecte e Graecis non bonis male  
Latine conuerso. Non est temere postulandum, vt ipse auctor  
annis grauis & aliis de ciuitate literata meritis mutet senti-  
entiam, quod genus non minus quam nostros liberos amare scili-  
cet solemus; sed illud tibi tuique similibus faciendum censeo,  
vt


vt moneatis novos Iustinianeos, ne vel auctoritate viri, vel confidentius, nec sine stomacho ab illos dictis, moueri temere se patiantur ad assentiendum: ne credant haerere posse conuicta *imperitiae, stultitiae, nasuri* & similia, in eo, qui nihil aliud stulte dicat faciatue, quam vt Scaeuolae, Celsi, Pauli, Africani, Ulpiani ceteror. fragmenta nos in Pandecte habere putet consignata iis plerumque verbis, quibus ipsi, dum viuerent in scribendo vsi sunt. Sed ne accedant ad huius rei disceptationem ante quam vel ex ipsis vtriusque linguae scriptoribus familiaritatem cum illis paullo maiorem contraxerint, vel certe Vechnerianam Hellenolexian ab Heusingero auctam reddiderint sibi quam possunt familiarem. Ille profecto libellus cautos reddet, ne temere credant viro doctissimo, e Graecis verbae orationis argumentum esse, si quis dicat, *Senatores accipiendum est eos*, vel, *Auiam interuertendae inofficiosi querelae patrimonium suum exinanisse* & id genus plurima. Mediocris autem Latinae linguae vsus docebit, barbarum non esse, si quis *appareat* eo sensu dicat, quo Graeci *Φάινει*. Et Graece docti sentient *τω μὴ χεῖνται αὐτῶ* non magis Graecum esse, quam Latinum *non utendo ipsius*, pro *non usu*; vtrumque autem, lapsa vtriusque linguae elegantia, dici potuisse ab his etiam qui non interpretarentur, sed cogitata a se primum scriberent. Credo ego, tibi non difficile futurum, classes quasdam constituere, velut I. Graecismorum: sed iam bona aetate receptorum in consuetudinem etiam recte loquentium. II. Graecismorum ferius a Graeculis inuektorum, sed quibus vtantur alii quoque sequioris aetatis scriprores Latini. III. Graecismorum aliorumque vitiorum, quae Tribuniani adiutoribus debeantur, verba anti-

antiquorum ICrorum interpolantibus. IV. Eorum, quae ita  
sint Romanis quoque celebrata, vt ne quidem Graecismi appel-  
lari possint &c. Sic ipsos quoque ICros in suas classes esse dispec-  
tendos, prout vel bonae aetati propriores sint, vel ab eadem  
remotiores; vel cultiore sint sermonis genere vsi, vel impuri-  
us a gente & consuetudine contraxerint. Haec videtur esse oc-  
cupatio ingenio illo tuo facili, illa doctrina copiosa, illo iudican-  
di acumine dignissima. Hac tu praeludere quasi rebus maiori-  
bus, & vbi desit Doctiss. IENSIVS, & caestus atque arma su-  
spendit, ibi incipere si velis: praeclaro munere cupidam legum  
iuuentutem affeceris. Nec veror ne ea res tardio rem te admi-  
nistrandis reip. negotiis faciat; quin aucta ab his literis sagacita-  
te, & subacta illo coniciendi diuinandique acumine, ad cau-  
sas & consilia reipublicae accedes, quarum rerum praesidia  
cum diligenter & feliciter comparata habeas, iam videre mihi  
illum diem videor, quo tibi, vt nunc Doctoralem lauream, ita  
non multo post, gradus celeres honorum, quos patria tibi cir-  
cumspicit, laeti & alacres amici laeto & merenti gratulemur.  
Bene vale, mi iucundissime Kellinghuseni, & rem gere ex ani-  
mi tui meique sententia feliciter. Scrib. a. d. XXIX. Mart.  
clb cc xxxxlIII Gottingae.





tam, amoris in te mei, id est, tuae humanitatis, & literatae elegantiae, quae res vehementer me solent in amorem iuuenumque virumque trahere solent, testis. Etiam illud communium literarum causa te hortando, ut, quando locum vnum alterumque Pandectae a Viri simi stricturis immunem praestare, ut audio, decreveris, illud opus urgeas, & quae tibi facultas vel contentio, ingenio, vel studio parata est, ea utaris ad depellendam illis priscae sapientiae et iuris prudentiae reliquias. Scis, quid in vniuersum de critico illo opere, te mirum probante, dicere soleam, ut plus sit quam hostem feruare ciuem; ut nobilissima, eademque difficillima fuerint militares Romanorum coronas ciuica: sic maius mihi & laudabilius locum a criticis vexatum, & caesim per laceratum, recte explicando seruare; quam corrupturam sententiae vel rationi repugnantem iugulare; modo quem tu ciuem putas, insiticius aliquis sit, & ordinis, commiscuit, dehonestamentum. Te dignum igitur fecerit cunctissime Kellinghuseni, si pergas vindicare ab interruditionum etiam hominum, & iure suo laudem emendationibus, (corruptionibus debebam dicere, si pergas ostendere, frustra illis peregrinitatis opprobrii, ingeniosorem esse quam veriore doctissimi stricturae auctoris sententiam, de Pandecte e Graecis non bene Latine conuerso. Non est temere postulandum, ut ipse annis grauis & aliis de ciuitate literata meritis mutetur, am, quod genus non minus quam nostros liberos amaret solemus; sed illud tibi tuique similibus faciendum



vt moneatis nouos Iustinianeos, ne vel auctoritate viri, vel confidentius, nec sine stomacho ab illos dictis, moueri temere se patiantur ad assentiendum: ne credant haerere posse conuitia *imperitiae, stultitiae, nasuti & similia*, in eo, qui nihil aliud stulte dicat faciat, quam vt Scaeuolae, Celsi, Pauli, Africani, Vlpiani certissima argumenta nos in Pandecte habere putet consignat, quae uerbis, quibus ipsi, dum uiuerent, in scriptis non habent, ne accedant ad huius rei disceptationem, ut utriusque linguae scriptoribus factum maiorem contraxerint, vel certe Heusingero auctam reddidit. Ille profecto libellus cautos et diligentissimos, e Graecis uerbaeque, *Senatores accipiendum* et *uiciofi querelae patrimonium* et *Mediocris Latinae* non esse, si quis *appareat* eo ut *Φαίνηται*. Et Graece docti sententiam non magis Graecum esse, quam Latinam, pro non usu; utrumque autem, lapsa utriusque elegantia, dici potuisse ab his etiam qui non interpretantur, sed cogitata a se primum scriberent. Credo ego, non difficile futurum, classes quasdam constituere, velut I. Graecismorum: sed iam bona aetate receptorum in consuetudinem etiam recte loquentium. II. Graecismorum ferius a Graeculis inuectorum, sed quibus utantur alii quoque sequioris aetatis scriptores Latini. III. Graecismorum aliorumque vitiorum, quae Tribuniani adiutoribus debeantur, uerba anti-

